

EMBLEMA LXXII.

In utrumq; paratus.



LXXII.

Non bella magis,quàm fœdera pacis.

Me nec bella iuuant tranquillæ pacis amantem,
 Nostra nec armorum pectora terror habet.
 Elige quid cupias:vin' sim tibi fidus amicus?
 An tecum,rupto fœdere,bella geram?
 Nil ego detrecto:prompta est mihi dextera bello,
 Armaque si quisquam sumat,in arma feror.
 At si frugiferæ placeant magis ocia pacis,
 Otia me capiunt:pacis amator ego.
 Turpe timor regi;pacem sed turpius odit;
 Is laudandus erit,quisquis vtroque caret.

Omne